Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



30

in flagella paratus sum et dolor meus in
conspectu meo semper Quoniam iniquitatem meam
annuntiabo et cogitabo pro peccato meo
Inimici autem vivunt et confirmati sunt
super me et multiplicati sunt qui oderunt me
inique Qui retribuunt mala pro bonis
detrahebant quoniam sequebar bonitatem Non
derelinquas me domine deus meus ne discesseris
a me Intende in adiutorium meum domine
deus salutis meae Ant. Misericordia domini plena
terra Domine in celo misericordia tua Et veritas
tua usque ad nubes Benedictiones
Deus misereatur nostri et benedicat nos deus
illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri
Benedicat nos dominus deus noster et benedicat nos deus
Feria secunda laudes. Psalmus
Miserere mei deus secundum magnam misericordiam
tuam Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem
Amplius lauda me ab iniquitate mea et a peccato
meo munda me Quoniam iniquitatem meam ego
cognosco et peccatum meum contra me est semper
Tibi soli peccavi et malum coram te feci ut
iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum
iudicaris Ecce enim in iniquitatibus conceptus
sum et in peccatis concepit me mater mea Ecce
enim veritatem dilexisti incerta et occulta sa
pientiae tuae manifestasti mihi Asperges
me domine hysopo et mundabor lavabis me
et super nivem dealbabor Auditui meo
dabis gaudium et letitiam et exultabunt ossa
humiliata Avertere faciem tuam a peccatis meis
et omnes iniquitates meas dele Cor mundum
crea in me deus et spiritum rectum innova in visce